



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 27. Principium atque Illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. cius Romanus, Seleuciæ Archiepiscopus, Cardinalis Presbyter tit. SS. Quartuor Coronatorum. V. Ferdinandus Nazzi da Orte seu Nuptius Hortanus, Archiepiscopus Nicenus, Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ. VI. Nicolaus Spinula Genuensis, Archiepiscopus Thebanus & Auditor Cameræ Cardinalis Presbyter tit. SS. Nerei & Achillei.

## §. XXVII.

*Principum atque Illustrium obitus.*

*Cimarol.*  
Mem. p 762.  
*Niceron.*  
t. 14. p. 1.

Præter Ludovicum XIV. Franciæ Regem, insuper hoc anno vivis exceptus est Carolus Josephus de Lotharingia Archiepiscopus atque Elector Trevirensis, qui variolis affectus, die quarta Decembris Viennæ decessit: Ejus Successor die vigesima Februarii anno sequenti proclamatus est Franciscus Ludovicus Dux Palatinus, Episcopus Uralislaviensis & Wormatiensis, necnon Magnus Teutonici Ordinis Magister, Osnabrugensem vero Episcopatum ex pactis Westphalicis die secunda Martii obtinuit Ernestus Augustus Dux Brunsvico - Luneburgicus, reclamante licet Pontifice, ut infra referemus: Obiit etiam die octava Januarii Franciscus Fenelon de Salignac Cameracensis Archiepi-

chiepiscopus, rarum humilitatis exem- Sæc. XVIII.  
 plum, & Ordinis Episcopalis ornamen- A. C. 1715.  
 tum, orbisque literati decus, qui ut  
 olim Augustinus fortis & suavis, liber-  
 tatem hominis cum gratia Dei eo feli-  
 cius conciliavit, quo debitum Ecclesiæ  
 decretis obsequium firmius adstruxit:  
 Scripsit librum de educatione Filiarum,  
 tractatum de Ministerio Pastorum, ex-  
 plicationem Regularum Sanctorum circa  
 vitam interiorem, quo tamen libro in-  
 gentem, ut supra memoravimus, tem-  
 pestatem sibi accersivit, & in sui de-  
 fensionem quatuor libros ad Noaillum  
 Parisiensem Archiepiscopum circa ejus  
 Instructionem Pastoralem edere coactus  
 est, præter responsum ad ejusdem Ar-  
 chiepiscopi, Bossueti, Pauli de Godet  
 &c. declarationem. Edidit quoque  
 Instructionem Pastoralem unacum con-  
 demnatione errorum Molinosii, & ar-  
 ticulis Isiaci stabilitis, unacum epistola  
 ad Papam, sex epistolas ad Bossuetum  
 Meldensem Episcopum, responsum ad  
 Meldensis relationem de Quietismo,  
 & ad ejusdem observationes in hoc re-  
 sponsum, plures literas & responsa ad  
 Meldensis tractatus: *Mystici in tuto, Scho-*  
*lastici in tuto, Quæstiuncula &c.* Præju-  
 dicia decisiva & eorum apologiam,  
 Præcipuas propositiones ex libro expli-  
 cationum, & Fata Telemachi.

Sæc. XVIII. Decessit quoque die decima octava  
 A.C. 1715. Aprilis apud Smirnam David a S. Ca-  
 rolo ex Ordine Carmelitarum Discal-  
 ceatorum Archiepiscopus Cyrenensis  
 natione Græcus, quem Clemens XI  
 Legatum Apostolicum in Orientem ad  
 Syros, Armenos, & Smirnas ablega-  
 vit. Insuper apoplexia tactus vitam  
 finiit Joannes Fridericus Comes de Sei-  
 lern S. C. Majestatis Consiliarius inti-  
 mus, & Austriæ Cancellarius supre-  
 mus, Vir doctrina & negotiorum ge-  
 rendorum dexteritate conspicuus. Obie-  
 re etiam die vigesima septima Marti  
 Augustus Dux Saxo - Merseburgicus  
 die vigesima secunda Martii Victor Ama-  
 dæus Filius Regis Sardiniæ, in Hi-  
 spania Ducissa ab Aveiro annos nata  
 nonaginta sex, die decima sexta Apri-  
 lis Fridericus Dux Saxo - Leucopetren-  
 sis: die prima Augusti Joannes Ernestus  
 Ducis Vinariensis Filius, die decima  
 sexta Augusti Maria Elisabetha Hen-  
 rici Ducis Saxo - Rœmhildensis uxor,  
 ex morbillis die vigesima septima Julii  
 Franciscus Josephus Caroli Lotharin-  
 giæ Ducis Filius, Carolus Ducis Saxo-  
 Gothani Filius, Viennæ die septima  
 Junii Henricus Princeps Fundanus Co-  
 mes Mansfeldius, Tarlo Posnanjensis  
 Episcopus, & Episcopus Leopolitanus,  
 Ernestus Dux Hilpershusanus, Tho-  
 mas

mas Josephus Dux Sabaudo - Carig-Sæc. XVIII.  
 nanus, die tertia Octobris Ferdinand A. C. 1715.  
 dus Augustus Princeps de Lobkowitz :  
 die vigesima ejusdem Mensis Mainhard  
 Princeps Hohenzolleranus, & die pri-  
 ma Novembris Carolina Christina Mo-  
 scoviæ Ducis Filia.

### §. XXVIII.

#### *Tumultus in Anglia & Scotia.*

Hoc item anno Angliæ Regnum, sic- *Hist. Cont.*  
 uti omnium sectarum commune est *Chron. l. 16.*  
 receptaculum, ita perpetuum etiam <sup>pag. 50.</sup>  
 evasit turbarum & dissidiorum thea- *Tur sel. cont.*  
 trum: Hi enim, qui Regiis partibus <sup>pag. 408.</sup>  
 adversabantur, editis libris & publicis  
 quarelis contra Regem, Regisque Mi-  
 nistros disseminatis insurgebant, & nu-  
 peræ pacis conciliatores ob toti Na-  
 tionis injuriosa, & negotiationi oppido  
 noxia pæcta severè castigari petebant:  
 hac rerum confusione excitabantur illi,  
 qui tam in Anglia, quam Scotia Ja-  
 cobo III. legitimo Regi ac Cambricensi  
 Duci favebant, hi ergo eadem die,  
 qua olim Jacobus II. & Anna inaugu-  
 rabantur, Londini in ædibus Sache-  
 verelli Prædicantis solemnia celebra-  
 bant, accensisque festivis ignibus libere  
 exclamabant: *Vivat Anna Regina, su-*  
*prema Ecclesia, Vivant Ormundus & Bol-*

I 5                   linbro-